Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



OAR

ab agricolis accipere de fructu vi
nee. Qui apprehensum eum occi
derunt et dimiserunt eum vacuum
Et iterum misit ad illos alium
servum et illi incapite eum vulne
raverunt et contumelis eum af
fecerunt. Et rursum alium misit
et illum occiderunt et plures alios
cedentes quosdam alios vero oc
cidentes. Adhuc ergo unum habens filium
carissimum et illum misit ad eos no
vissimum dicens. Quia forte vere
buntur filium meum. Coloni ad
dixerunt ad invicem hic est heres
venite occidamus eum et nostra
erit hereditas. Et apprehendentes
eum et eiecerunt extra vineam
occiderunt. Quid ergo faciet do
minus vineae? Veniet et perdet colo
nos et dabit vineam alios colonos
Nec scripturam hanc legistis? La
pidem quem reprobaverunt edifican
tes hic factus est in caput anguli
A domino factum est istud et est mi
rabile in oculis nostris. Et quere
bant eum tenere et timuerunt
turbam. Cognoverunt enim quo
niam ad eos parabolam hanc dix
isset. Et relicto eo abierunt. Et
mittunt ad eum quosdam exphari
seis et herodianis ut eum illo
Qui venientes dixerunt ei. Magis
tere scimus quia verax es et non curas
quemquam nec enim vides in facie
hominis. Sed in veritate viam
dei doces. Licet dare tributum
cesari an non dabimus. Qui sci
ens versutiam eorum ait illis.
Quid me tentatis. Afferte mi
denarium ut videam. At illi attu
lerunt ei. Et ait illis. Cuius est
ymago hec et inscriptio. Dixerunt
illi. Cesaris. Respondens autem
ihesus dixit illis. Reddite ergo
que sunt cesaris cesari et que sunt
dei deo. Et omnes mirabantur
super eo. Et convenerunt ad eum
sadducei qui dicunt resurrectionem
non esse. Et interrogabant eum
dicentes. Magister moyses no
bis scripsit ut si cuius frater mor
tuus fuerit et dimiserit uxorem
et filios non reliquerit accipiat fra
ter eius uxorem ipius et suscitet semen
fratri suo. Septem ergo fratres
erant et primus accepit uxorem
et mortuus est non relicto semine
Et secundus accepit eam et mor
tuus est et nec iste reliquit semen
Et tertius similiter et acceperunt
eam similiter septem et non reliqui
erunt semen. Novissima omnium
defuncta est et mulier. In resur
rectione ergo cum resurrexerint
cuius de his erit uxor? Septem
enim habuerunt eam in uxorem. Et
respondens ihesus ait illis. Nonne
iam ideo errastis nescientes scrip
turas neque virtutem dei. Cum
enim a mortuis resurrexerint neque
nubent neque nubentur sed erunt
sicut angeli dei in celis. De mortuis
autem quod resurgant non legistis
in libro moysi super rubum quomo
dixerit illi deus inquiens. Ego
sum deus abraham et deus ysaac.